

Verbo Dei exposuisset, procedit in allegorica ejusmodi expositione usque ad initium v. 9. *Respiciam vos*, finitque: *Sed ubi ad eum* (Petrum) respexit dominus, continuo subleuatur. An sola hic desideretur *δοξολογία*, an Homilia, quae tamen jam in Codice 8. Columnas implet, abrupta fit, mihi non liquet. *Caesarii* esse, ut iterum dicam, suadet etiam ratio citandi sacrum Textum, quae verbis se non adstringit.

CCCCV.

R. 76 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 104. 8. fat bene scriptus, titulis et initiorum literis partim iniatis, partim deargentatis, oblatus cum pluribus aliis Bibliothecae a *Thoma M. Alfano* O. P. anno 1721. complectitur *Libros III. Sententiarum* dictos etiam *de summo Bono* autore *Isidoro*, qui Sec. VII. Sedem *Hispalensem* illustravit. Capitulare omnium III. *Librorum* praecedit. Liber I. praescriptus: *Ysidorus de Summo bono*, incipit: *Summum Bonum Deus Est. quia incommutabilis est. et corrumpi omnino non potest.* &c. Textus collatus cum Edit. *Jac. du Breul Paris. 1601. p. 617. f.* nihil peculiare offert; est enim a secunda manu passim emendatus. Differt tamen quandoque divisio Capitum, et in fine L. III. Capita duo LXI. *De Brevitate Vitae*, et LXII. *De Exitu* desunt, quae nobis forent LXV. et LXVI.

Foliis 3. ultimis Sec. XIII. adscripta sunt quaedam PP. puta *Au-*

gustini et *Ambrosii*, item *Gratiani* loca de Eucharistia.

CCCCVI.

Codex membraneus lat. Sec. U. 96 XIV. Folior. 87. f. min. per duas columnas exaratus caractere nitido luculento, rubricis decorus, et a *Joh. Fabro* Praefule nostro a. 1540. suo ad *D. Nicolaum* Collegio donatus teste Nota praevia impressa sequentia ad *S. Isidorum Hispal.* Ep. Sec. VII. Scriptorem relata condit Opuscula. I. post *Elenchum Capitum XXXI. Incipit liber ysidori de summo bono.* Titulus iste a primis Opusculi verbis provenit: *Summum bonum est &c.* Ceterum inscribitur *Sententiae*, et in III. Libros divisum est, ut Edit. *Paris. 1601. p. 617. f.* Quod divisionem in Capita adinet, Caput Edit. XVI. *de Ecclesia et Haeresibus*, in Codice divisum est in duo, quorum XVII. inscribitur *De hereticis*, et ibi incipit: *Non posse hereticos habere veniam &c.* Caput sequens *de Gentilibus* in Codice melius inscribitur *de Philosophis.* Divisio Libri II. consentit cum Editis, sed Liber III. pro Capp. LXII. censet LXVI. differentia inde a Cap. L. oriunda. Integra ceterum sunt omnia, lectioque sic fatis proba.

II. fol. 52. *Ysidorus de inevitabili: sive de libero arbitrio.* Erravit Librarius. Quanquam enim quaedam *Isidori*, et praecipue L. II. *de Different. spirit.* Articulus 27. *Arbitrium est voluntas libere pote-*

potestatis &c. sequatur, *Dialogus* tamen inter *Discipulum* et *Magistrum*, qui illa excipit, et inquit: *Fratres in domo dei cum consensu ambulantes* &c. nequaquam est *Isidori*, sed *Honorii Augustodun.* Patet id cum ex *Discipuli* verbis mox subjunctis, quibus ad *Magistrum* ait: *Qui (Deus) ob genitricis sue merita tot eis in canticis de ea per te reseravit mysteria. Ob hanc causam et ob alia, que multis incognita elucidans in laudem eius addidisti* &c. Constat vero, *Honorium* et *Expositionem* in *Cantica* titulo *Sigilli S. Mariae*, et *Eluucidarium* scripsisse, tum ex Codicibus *msf.* *Honorii* nomen praeferebantibus, quales fuere *Brunswylerensis* et *S. Pantaleonis*, item *Tongerloensis*. Atque e duobus quidem prioribus *Dialogum* nostrum primus protraxit *Georg.* ille *Cassander* typis *Colon.* 1552. 8. inscriptum de *Praedestinatione et libero arbitrio*, subpresso *Inevitabilis* nomine, quod illi indi Autor ipse in Peroratione voluit; e tertio autem illum repraesentavit *Antverpiae* 1620. et 24. 8. *Joh. Conen* Canoniae illius Prior, unde in Bibliothecas PP. transit, et legitur edit. *Lugd.* T. XX. p. 1128. Si *Fabricii* in *Bibl. med. Lat.* L. VIII. edit. *Mansf.* p. 278. *λακωνισμων* audias, in *Cassandri* manes injurius fuit *Johannes Conen*; ast si hujus textum Codice nostro fultum cum *Cassandrino* conferas, haerebis enim vero, nec optima fide *Cassandrum* egisse comperies. Non est instituti mei, quod et alias monui, *Exempla* integra inter se con-

tendere, sufficiat indicasse, *Cassandrum* statim ab exordio inter verba: *injuste puniri putantur*, et: *Vnde rogo te de hac re latius differere* &c. 47. lineas edit. *Parif.* 1616. Opp. in *fol.* interferere, paullo post a verbis: *quia auxilium meum a Domino*, in omnia alia abire, demum sub finem a verbis: *ideo illi spectaculo te interesse concedat Deus*, usque ad verba: *Hec de predestinatione et prescientia et libero arbitrio defer filii ecclesie* &c. doctrinam *Honorii*, vel suam potius, aliter colligere, quam quidem in Codice *Tongerloensi* et nostro legatur. Atque huic consilio suo Vir callidus et temporibus ferviens praestruxisse videtur, *Exemplaria* sua in *Praef.* accusando, dum illud *S. Pantaleonis acephalum* vocat *ac scriptum negligentius et impolitius*, sed quod tamen nonnullis in locis *exemplaris* nostri hiatus quosdam supplevit et mendas correxit &c. Melioris sane conditionis sunt Codices, quos hactenus illi obposui.

III. *fol.* 65. p. 2. *Incipit ysidorus de ordine creaturarum.* Praeit *Elenchus Capp.* XIV. quorum I. *De fide trinitatis* incipit: *Uniuersitatis dispositio bifaria ratione debet intelligi.* Opusculum theologicophysicum a nemine, quod sciam, hactenus indicatum. Autor ita perorat: *Ecce venerabilis pater de ordine Creaturarum tibi proponenti iuxta ingenioli mei modulum compendioso sermone summam respondendi ramusculi (sic) mercedem omnibus tuis compensabo.* — *Hanc igitur et tu simili modo mee*

paruitatis obedientiam placido pe-
 ctoris tui portu recipere non de-
 dignare &c. Ego bonus et katholi-
 cis lectoribus consentiens immundo-
 rum non curo querelas &c. Quis
 haec, et ad quem? Vix Isidorus,
 sed Monachus potius aliquis Bri-
 tanniae, aut Galliae maritimae. C.
 VIII. fol. 73. de Aestu maris haec
 legas: cuius cursus tota conuenien-
 tia ledionis et malline diuersas ui-
 ciffitudines patitur. sed ledionis ad-
 fiffera (accessa, Accessio) VI.
 semper horas incrementi sui inimi-
 minuta consuetudine complet, et
 per totidem horas ipsa spatia que
 texerat reteggit. Malline autem ad-
 fiffera V. horas inundationis sue a-
 git. et per VII. horas ejusdem re-
 cessa (recessio) ea litora que com-
 pleuerat uacua reddit, que tantam
 concordiam cum luna habere uide-
 tur &c. Accessam et Reccessam O-
 ceani habent Glossaria; adferunt
 item Martinius in Lex. Philol. et
 Ducangius Scriptorum loca, in
 quibus Ledo, Ledon, Lidon, Le-
 dona, Lidona, Liduna, Lida pro
 moderatiore, Malina vero, Mal-
 lina, Malinea pro vehementiore
 maris aestu ponitur. At inter nu-
 merosa haec loca nulla Autoris
 nostri mentio. Primus horum ver-
 borum usus occurrit Sec. V. apud
 Marcellum dictum Empiricum de
 Medicamentis edit. Basil. 1536.
 f. c. 16. p. 121. c. 25. p. 171.
 172. et c. 36. p. 248. dein apud
 Bedam cum c. 39. de Rer. Natu-
 ra, tum c. 27. de Temp. Ratione,
 item, ut recentiores praeteream,
 apud Autorem de Mirabilibus S.
 Scripturae, qui in Append. T. III.

Opp. Augustini edit. Maur. prae-
 fto est, col. 7. c. 7. Libri I. At-
 que hunc e quadam elocutionis
 convenientia suspicari licet notum
 fuisse Nostro, cujus saltem summa
 Capita adscribam, ut Bibliotheca-
 rum Praefectis conferendi negoti-
 um expeditius reddam: I. De fide
 trinitatis. II. De creatura spiri-
 tuali. III. De aquis que super fir-
 mamentum sunt. IV. De firma-
 mento celi. V. De sole et luna.
 VI. De spatio superiore et para-
 dyso celesti. VII. De spatio infe-
 riore et emisperijs diuersis. VIII.
 De dyabolo et natura demoniorum
 et natura aquarum et cursu. Ne-
 scio, an non duo hic in unum Ca-
 put confluerint. IX. De parady-
 so ubi primorum hominum habita-
 tio extitit. X. De situ terreni or-
 bis quem habitat luna. XI. De na-
 tura hominum post peccatum. XII.
 De diuersitate peccantium et de
 loco penarum. XIII. De igne pur-
 gatorij. XIV. De uita futura.

IV. fol. 79. p. 2. Incipit Ysido-
 rus de norma uiuendi. Ita quidem:
 Queso te anima, obsecro te anima,
 deprecor te, ne quid ultra leuiter
 agas &c. At sic incipit in edit.
 Breuliana Paris. 1601. f. p. 313.
 Liber II. Synonymorum, quocum
 currit textus noster aliter tamen
 diuisus, et jam plus, jam minus
 continens usque ad Edit. c. 15.
 Tum vero plura tam e Libello de
 Contemptu Mundi, quam e Nor-
 ma Vivendi immixta sunt, donec
 in c. ult. redeatur ad Synonyma et
 cum illis concludatur: Nichil mihi
 te carius, nichil michi te dulcius.
 Tu mihi super uita mea places.

Novo

Novo argumento, quantum in hanc diem laborent *Isidoriana*, quantumque fospitatore opus habeant.

CCCCVII.

U. 104 Codex chartaceus lat. Sec. XV.

Folior. 101. 4. probe scriptus, rubricis distinctus, et quondam *κτῆμα* Popularis mei; legitur enim fol. 1. p. 2. *Iste libellus est magistri Johannis Vetter de Schar- ding, et comparavit eum Patavie Anno domini M^o CCCC^o XXXIV^o.* praemisso Indice, qui primum illo anno additus fuit, continet S. *Isidori* Ep. *Hispal. Libros III. Sententiarum*, alias etiam *de summo Bono* inscriptos. L. I. incipit: *Summum bonum deus est* &c. ut Edit. *Paris. 1601. p. 617. f.* Ad ejus calcem in Codice reperias fol. 20. p. 2. *Caput de penitentibus*, quod huc non pertinet, sed est *Cap. XVI. Libri II. de Eccl. Offic.* hoc initio: *Penitentibus exemplum Job primus exhibuit* &c. ut edit. *cit. p. 604.* in qua per decursum *Capita* quandoque etiam aliter divisa sunt, aut se excipiunt, quam in Codice, qui ceterum integer est, et probam saepe lectionem subpeditat. Sic L. I. c. 1. malim *Nude ac substantialiter* pro impresso *Bene ac substantialiter*, item aliud putari dei naturam omisso debemus pro aliud deum putare, item L. II. c. 7. nobis fol. 24. *Inchoantibus premium promittitur. sed perseuerantibus datur, pro Non inchoantibus premium promittitur, sed perseuerantibus* &c.

II. fol. 68. p. 2. succedit Sermo Anonymi brevis, qui incit: *Totum quidem dilectissimi paschale sacramentum evangelica nobis narratione presentatur et ita per aurem carnis penetrabilis* (penetrabilis?) *est mentis auditus* &c. Autorem ignorare me fateor, qui tamen non videtur e recentioribus.

III. fol. 69. p. 2. *Incipit Bernardi de consideratione ad eugenium papam.* Opus integrum *Libris V.* definitum, ut extat edit. *Maur. T. II. col. 407.* hoc initio: *Subit animum dictare aliquid* &c. et fine: *sed non finis querendi.* Additur: *Per J. de B.* Nomen verifimiliter *Librarii.*

CCCCVIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 927
XII. Folior. nunc 165. f. maj. per duas columnas bene exaratus, minio distinctus, olimque Collegii S. J. *Viennae* complectitur *Isidori Hispal. Episcopi XX. Originum Libros* hac ratione. Praeit Summarium generale, ad quod ita introducimur: A. ✠. Ω. *Ut Valeas Quae Requiris In hoc corpore inuenire. haec tibi lector pagina monstrat. De quibus rebus in libris singulis conditor huius codicis disputavit.* Summarium istud, quod in Editione *Paris. Jacobi du Breul, 1601. f.* non habetur, excipiunt *Epistolae VI.* inter *Isidorum* et *Braulionem* Ep. *Caesaraugustanum*, quarum I. inscribitur: *Domino Meo Et Dei Servo Braulioni Episcopo Ysidorus*, et incipit: *Omni desiderio desideravi nunc uidere faciem.*